

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Meritum ad
cum fonte primo

Parum laudis habet uirtutum corona
que ex labore non descendit;
potest quidem habere palmam
sed non habet gloriam.

Hec est magnarum ratio
uirtutum ut quanto plus homo laborat,
tanto plus mercedis acquirat.

Valerianus in sermone.

Parum laudis habet uirtutum corona,
quae ex labore non descendit.
Potest quidem habere palmam,
sed non habet gloriam.

Quando fuit ut agricola horrea sua
otiosus impleret? aut quis umquam
legitimo tempore agri sui fructum
recepit, nisi prius multiplicato rudem
terram sulco confecerit?

Haec est autem magnorum ratio
uirtutum, ut quanto plus homo laborat,
tanto plus mercedis acquirat.

Valerianus Cemeliensis, *Homiliae*, 2 (PL
52, col.698D).